



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

V. Markgraf Albrecht II. befreiet die Stadt Stendal von dem Gerichte der  
Burggrafschaft, im Jahre 1215.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

de saltwedele, omni dubio postposito ipsis in auxilium idem privilegium voluntarie transmittimus. Omne igitur dubium, quod forte emergere possit in posterum, presenti scripto et sigilli nostri testimonio amputamus.

Nach dem Originale im Salzwedelschen Archive Fach I, No. 49.

Anm. Die Schreibart und Form der Urkunde läßt dieselbe in den Anfang des 13. Jahrhunderts setzen.

V. Markgraf Albrecht II. befreiet die Stadt Stendal von dem Gerichte der Burggrafschaft, im Jahre 1215.

In nomine sancte et individue trinitatis. Albertus secundus, dei gracia Marchio Brandenburgensis. Quoniam quaecunque gerantur superueniente dierum longitudine ab humana labi solent memoria, perutile est, ut ea, de quorum obliuione oriri potest dampnum vel confusio, literis eternentur. Proinde notum esse uolumus omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, quod ad petitionem dilectorum nostrorum ciuium Stendalensium et consulum uirorum prudentum, grauamen, quod idem Stendalenses pro importunitate Boregrauii, quem habere consueuerunt, penitus relaxauimus, statuentes, ut in ciuitate deinceps placito et iuri non teneantur stare Boregrauii. Ut autem hoc nostrum statutum a nostris heredibus siue successoribus ratum teneatur et inconuulsum, presentem paginam, que huius facti certum maneat indicium, exinde conscribi fecimus et sigilli nostri appensione communiri, Testes qui presentes aderant subter notari precipientes, quorum nomina hec sunt: Fridericus de Haffele, Albertus de niendorp, Gozawinus de Boizceneborc, Theodericus et Henricus, fratres, de osterborc, Gerardus de Beliz, Henricus de Stendale, Hermannus de Stafueld et alii quam plurimi. Acta sunt hec in campo pro Stafueld, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>. indictione tercia.

Nach dem Originale im Stendalschen Archiv No. 2.

VI. Die Markgrafen Johann und Otto beschenken die Stadt Stendal mit den Fleischbänken, dem Markte etc., am 14. Februar 1227.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes primus, Otto tercius, Marchiones Brandenburgenses. Magnatum nobilitas se liberalem exhibere consuevit his, qui debite seruitutis officio eius honorem satagunt promouere. Hac nimirum consideratione circa dilectos burgenses nostros de Stendale habita, ipsis tanquam bene meritis, pro eorundem affectu beneuolo, nobis quam sepius exhibito, nicem rependere cupientes, omnem usum macellorum nostrorum carnicum, nec non XIII cameras sub domo pellificum, et si que alie sunt aliquibus privatim personis iure feudali obligate, dummodo legitima, sicut expedit, redimantur emptione, conferimus eisdem. Insuper